Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Greg. Unde gregorius in illa summa
ciuitate quisque ordo eius rei cense-
tur nomine quam plenius accepit in
munere. Plenius autem intelligitur ut
quantum ad subiectos ordines. uel
quantum ad alia dona. que idem or-
do minus plene accepit. Sic autem
in ordine apostolorum. uel martyrum. non omnes
sunt equales. ita et in ordinibus angelorum
intelligendum est. Utrum ab ipsa cre-
atione sic distincti fuissent.
Origo. Videtur autem quod ab ipsa cre-
atione sic distincti fuissent.
pro eo quod scriptura dicit de singulis or-
dinibus aliquos cecidisse. denique
hoc stare non potest. Quippe si
ardebant caritate ut seraphim.
et eminebant scientia ut cherubim.
et in eis sedebat deus ut in thronis.
et ita de aliis ordinibus quomodo non pot-
Solo. uerunt aliqui cadere. Sane sciendum
est angelos ab ipsa creatione differ-
entes fuisse gratiis. tamen nature te-
nuitate quam forme perspicacita-
te. ut alii superiores. alii in-
feriores alii mediocres. Secundum
hoc quod aliquos de singulis ordini-
bus cecidisse dicitur. uel ideo dicitur quia si per-
stitissent qui ceciderunt eorum aliqui in sin-
gulis fuissent confirmati ordinibus.
Qualiter decimus ordo compleatur ex
Dicitur in scriptura decimum hominibus
compleri ordinem ex hominibus.
sed qualiter dicitur ordo —— decimus. cum
tamen nouem esse superius perhibuimus.

Perierit cum gregorius dicit homines
assumendos esse in ordinem angelorum Gg.
superiorum et inferiorum. Non est quod sic
dictum. tamquam decimus ordo sit
hominum. nouem angelorum. sed quia
lapsus angelorum ex hominibus reparabitur
de quibus corruerunt tot. qui unum
ordinem facere possent quasi decimum.
uel tot corruerunt quod in uno or- quibus
dine remanserunt. Unde apostolus dicit
restaurari omnia. que in celis et que in
terris sunt. non tamen iuxta numerum eorum
qui ceciderunt. sed eorum qui permanserunt.
homines credunt saluandi. Unde gregorius Gg.
superna illa ciuitas ex angelis
et hominibus constat. ad quam credimus
tantum humani generis ascendere.
quantos illic contigit angelos
remansisse. sicut scriptum est. Con-
stituit terminos populorum iuxta
numerum angelorum dei. An omnes celes-
tes spiritus ad exteriora nuncianda
mittantur.
Credi et potest fideliter
celestes spiritus de omni
ordine mitti ad hec exteriora
omnia nuncianda. Unde apostolus Omnes
sunt administratorii spiritus in ministerium
missi. et in ysaia. qui facit angelos
suos spiritus. et ysaias. uolauit ad me
unus de seraphin. qui ordo
supremus est. Hec debet indignum
uideri. si et superiores mittuntur.
cum et ipse filius dei ad hec inferi-
ora sit missus. Alii tamen quidam
putant. quia in daniele scriptum est.
Milia. m. mi. ei. quasi in exterioribus isti.